



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

23. An propter pietatem licita sint opera servilia in diebus festis? Ex p. 4.
tr. 4. & Misc. r. 177.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

114. cas. 2. Rodriguez tom. 1. cap. 121. num. 4. Sayrus ubi infra, n. 9. Mollesius ubi supra, n. 68. & Azorius lib. 1. cap. 28. quæst. 5. tom. 2. Sed si omnes rādant ratione confuetudinis, si adfisi, etiam à peccato excusantur. Nam cūm prohibita in die festo sint humano iure introducta, nihil obstat, ea tolli per contraria confuetudinem toleratam à Prælatis, vt notat Sotus, & Caetanus, apud Regin. ubi infra, num. 52. & alij apud Sayr. in Clavis Regia, lib. 7. cap. 2. n. 11. Sed non reticebo, Fernandez in suo exam. theol. p. 1. c. 7. §. 1. n. 6. alia ratione illos excusare, ait enim [V]los conformat qui fessis diebus tantum omnes, iuxta confuetudinem, scitam à Prælatis, excusatur, quamquam ex ali capite id licere mihi persuadeam; nimis, ex occasione cessantis lucis, quoniam alias diebus propter laborum occupationes, tendendi non accidunt. Cuius rationis quamquam nullus Doctorum, quem sciam meminit, tamen deducitur ex cap. licet. de feris. Hæc Fernandez. Pro qua ratione intelligenda, notandum est, quod in cap. licet. de feris, Summ. Pontifex indulxit in die festo punctionem halieum, que vno anni tempore transire solent, parique ratione, idem esse dicendum de punctione aliorum plicium, qui similiter certo anni tempore occurunt. Sed Fernandez ubi supra, cum Angelo num. 34. & Caetanus in ver. festos dies, cap. 1. Idem quoque dicendum esse existimat de quoq[ue] alio lucro transitorio, quomodo liber repente occurrere, tanquam, inquit Caetanus, eiusmodi lucrum cessans damnum reputetur. Ex qua opinione sequeretur, non solum proper necessitatē vitandi damnum, sed etiam pro acquirendis aliquo utili, & lucro, quod alio tempore acquiri non posset, licitum esse vñ facultate in illo cap. licet, & facete opera seruila in diebus festis. An hec opinio sit probabilis, ut lector iudicet, sed scias illam reprobare Reginald. tom. 1. lib. 19. cap. 3. n. 51. cum Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 33. n. 9. Nam in eo tantum lucro, quod solet vno anni tempore eueneri, certior rationis partitas, cum eo, de quo sermo est in cap. licet, memorato. In eo enim letmo est tantum de transitorio lucro, quod solummodo occurrit vno anni tempore, quæ circunstantia, cum non inueniatur in omni lucro transitorio, fit, vt à Sum. Pontifice data dispensatio in illo, c. licet, non habeat ob rationis identitatem locum in omni lucro transitorio; unde dispensatio illius textus non est extendenda ad priuatam utilitatem priuatae personæ, sed ad utilitatem publicam, quam Pontifex in illo textu consideravit, vt notat Andreas, Barb. in schol. ad Abbatem. Sed ego opinionem Caetani, Fernandez & aliorum ubi supra, tunc amplectendam esse iudico, quando vitias, & lucrum transitorium, quod cessat, tanti sit momenti, ut prudentis arbitrio aestimari possit eius amissio non mediocre nocumentum.

RESOL. XXII.

An Notarij, Commissarij, & alij Officiales Curia possint in diebus festiū acta transcribere? Iden queritur de illis, qui sermones Predicatorum & allegationes Doctrorum, ut vulgo dicitur, pro mercede copiant. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Rec. 35.

§. 1. Negatiū responderet Fernandez in suo exam. Theol. p. 1. cap. 7. §. 1. num. 10. Sylvius in 2. 2. D. Thom. quæst. 122. art. 1. Toletus lib. 4. cap. 24. num. 11. Rosella ver. feria, §. 12. Angel. codem ver. §. 3. Nauarr. in manuali cap. 13. n. 14. Tabien. ver. feria, num. 40. D. Anton. p. 2. tit. 9. a. 7. §. quantum, & in terminis docet hanc sententiam Vetus. Tom. VI. I.

ga in sum. tom. 1. cap. 114. cas. 3. Ant. de Litteratis in sum. p. 2. c. 17. num. 21. Comitolus in res sp. moral. lib. 4. q. 38. n. 3. Caetan. in 2. 2. q. 122. art. 4. §. ad 2. & Reginald. tom. 1. lib. 19. cap. 3. num. 40. in fin. cum Azor. p. 3. lib. 1. c. 22. q. 5. Ratio etsi quia sic transcribere chartas ex officio, & mercede paecta, est opus seruile, non quidem ratione lucri, sed ratione operis, & officij simul; latram est enim diligenter inter scribere, & transcribere pro officio, & mercede paecta: nam scribere simpliciter est opus honestum, & liberale, ingenuorumque hominum: transcribere vero pro officio, & mercede paecta, est mechanicus, & purè corporalis labor, nec est opus mentis, neque artis liberalis, quia solum est ita pingere characteres, sicut in originali leguntur. Et confirmatur, quia imprimere librum, mechanicum est sine villa dubitatione, & tamen est genus quoddam transcriptionis.

2. At ego, dictos Notarios, & alios sic transribentes, peccati mortalis non condemnarem, cum Sayro in Clavis Regia lib. 7. cap. 2. num. 25. Franc. Galleti in Margarita casuum cors. ver. festa, Molfes. in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42. Medina lib. 1. cap. 14. §. 8. Lopes. in instruct. p. 1. c. 52. & nouissime Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 25. n. 4. ubi doce, vt semper solet probat, transcribere non esse opus seruile, etiam si fiat non gratia addicendi, sed sine proprio profectu, nam talis actio de sensibilis, & spiritualis est, & per accidentes ad illam est, quod haec vel illa intentione fiat ab operante. Ergo inde non efficitur seruile ex officio, vel lucro, seu mercede, ergo nullo modo est seruile. Ex quibus patet responsio ad argumenta, in contrarium posita. Cæteras rationes vide apud ipsum loc. cit. Hoc etiam docet Emanuel Sà ver. festum, & Rodriguez in sum. tom. 3. cap. 168. num. 5. & nouissime Layman Theol. mor. lib. 4. tract. 7. c. 2. n. 3.

RESOL. XXIII.

An propter pietatem licita sunt opera seruilia in diebus festis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 177.

§. 1. Negatiū responderet Caetanus in 2. 2. quæst. Sup hoc sūt 122. art. 4. Sotus de inst. lib. 2. q. 4. art. præ in Ref. 4. ad 3. Lopez. in instruct. part. 1. cap. 52. Nauarr. 15. & cursum in manuali, cap. 13. n. 4. 10. & 11. & alij communi- § 4. & infra niter, quia non est pratermittendum opus Religio- in Ref. seq. §. nis, qualis est festorum obseruatio, propter pietatem vlt. extra articulum necessitatis.

2. Non definiri tamen hic adnotare, contrariam sententiam docere Palatum in summa, Caet. ver. festum, Alcocer in summa cap. 17. Tabienam ver. Feria, num. 18. 37. & 41. Perez lib. 1. tit. 1. l. 5. fol. 41. & 42. quia in cap. conquestus de feris, causa pietatis permittuntur iudicialia in diebus festis; ergo & permitti debent seruilia, & hanc sententiam probablem putat Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 22. dub. 32. n. 3. nam negatiū sententiam quam ipse tenet, vocat tantum probabilem, & cum aliqua modificatione hanc sententiam teneret Villalobos in manuali Confessoriorum, cap. 22. n. 80. ubi sic ait. Las obras serviles que se pueden hazer secretamente como coser son licitas en fiestas quando se hacen por la no mas no otras cosas mayores como edificar, que en tal caso se ha de pedir licencia al Obispo. Ita ille, vide etiam Michaëlem de Palacio l. 2. de contractis bus. c. 10. §. for sitan queritat, ubi ex glossa in nostro ca- su docet, quod pietas & necessitas non subduntur legi; sed mihi prima opinio magis placet, quam sequitur Fagundez de præcept. Ecclesi. præcept. 1. lib. 1. cap. 14. num. 2. & alij communiter

Ff 2 RESOL.